



**Concordata Nationis Germanicae Cvm S. Sede Apostolica
Inita**

[S.I.], [ca. 1580]

Constitutio Clementis Papæ VII. Clemens Episcopus servus servorum Dei
ad futuram rei memoriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61582](#)

tereta, ac per Nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiae præsenti non obvient, istâ vice nihil volumus esse immutatum: & per hoc, quod in concordatis huiusmodi, siue quibusvis aliis eorum occasione conficiens literis, propter compendiosorem descriptionem, Alamania specialiter appellatur, Natio ipsa censerit non debet à Germanica Natione distincta seu quomodolibet separata.

Fides dan-
da tran-
sumptu.

§. 8. Et prætereà quia difficilè foret præsentes literas ad singula, in quibus de eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apostolica auctoritate decernimus quod ipsorum transumpto Metropolitanorum dictæ Nationis sigillo munito, tanquam præsentibus si exhiberentur literis plena fides adhibeat, & perinde stetur, ac si dictæ præsentes literæ forent exhibitæ, vel ostensæ: & insuper quoque irritum & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit atten- tari.

Clausula
irritans.

§. 9. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptanceis, commutationis, reservatiōnis, constitutionis, & voluntatis, infringere, ve ei ausu temerario con- traire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit in- cursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominiæ, millesimo, quadragesimo, Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostræ anno se- cundo.

ANNVLLATIO QVARVM CVN NOVE dispositionum de beneficiis ecclesiasticis Sedi Apostolica reservatis obtentatorum, contra formam Concordatorum inter Sedi Apostolicam & Nationem Germanicam à Principibus & Prælatis qui- busunque.

Constitutio Clementis Papæ VII.

CLEMENS Episcopus servus ser- vorum Dei ad futuram rei memoriam.

AD MONTE Nos incumbentis Exordium Nobis pastoralis officij cura, ut non solum Nobis, sed etiam cunctorum Christi fidelium, & præsertim ecclesiasticarum personarum profectibus diligenter intenti, illorum occurramus dispendiis, & quæ in cuiusque ipsorum præjudicium sive noxam quavis etiam auctoritate prodiisse comperimus, salubriter refor- memus.

§. 1. Sanè dudum ad Nostram perve- Prælati & nit notitiam, qualiter nonnulli Archi- Principes episcopi, & Episcopi, ac Ecclesiarum usurpabant Prælati, nonnulli etiam Principes, & dispositio- Domini temporales inclitæ Nationis nes benefi- Germanicæ, post miserabilem urbis ciorum direptionem, collationes, & dispositio- contrafor- ones beneficiorum ecclesiasticorum man Con- Nobis, & Sedi Apostolica etiam vir- cordato- tute CONCORDATORVM inter Se- rum, dem, & Nationem præfatas releva- torum temere usurpare præsumple- runt, ac collationes, & dispositio- Nostras, & dictæ Sedis de illis factas admittere contempserunt, nedum in Nostrum, & ipsius Sedis vilipendium, sed etiam in jurium Nostrorum, & e- iusdem Sedis, ac illorum, quibus de iphi

ipsis beneficiis providimus, aut in quorum favorem alias disponimus, seu provideri, & disponi mandavimus graue præjudicium. Et quamvis contra præsumptores, & contemptores huiusmodi in Bulla, quæ quotannis in die Cœnæ Domini de more letæ fuit, declaraverimus, & protestati fuerimus, quod in præmissis, & aliis quibuscunque Juribus dictæ Sedi, & Sanctæ Rom. Ecclesiæ undecunque & quomodocunque quæsitis, leu quærendis per quoscunque actus contrarios, aut quomodolibet præjudicantes, tacitos vel expressos à Nobis, vel ab eadem Sede quomodolibet factos, vel faciendos, aut quemcunque temporis fluxum, vel patientiam, vel tolerantiam nostram Nobis aut eidem Sedi nullatenus præjudicari debere,

*Hic ideo
Pontifex
collatio-
nes benefi-
ciorum
fructus
contrafor-
mam dicto-
rum Con-
cordato-
rum irri-
tat, hos
provisos
malæ fidei
possessores.*

aut quomodolibet posse, tamen sicut, non sine animi Nostræ mætore, intelleximus, nonnulli ex Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Principibus & Dominis prædictis, adhuc à præmissis desistere non curarunt, nec de præsenti curant, quinimodo, quod determinatius est, ne provisiones Apostolicæ admittantur, per sua mandata etiam pœnalia prohibere non verentur, in animalia propter grave periculum, & marum suarum aliorum Prælatorum ac Principum Catholicorum dictæ Nationis perniciens exemplum, & scandalum plu-

*& ad re-
stitutio-
nem te-
neridecer-
mit.*

§ 2. Nosigitur, qui à dictis CONCORDATIS, quæ olim Romanæ Ecclesiæ, & dictæ Nationis hominibus etum ter pro ipsius Ecclesiæ unione, ac pace, & tranquillitate inter Ecclesiam, & Nationem prædictas perpetuò soli-

dandis, & conservandis laudata, conclusa & accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti præsumptores, & contemptores; aut per eos in dictis beneficiis intrusi ex hujusmodi temeraria præsumptione gloriari valeant, nevè ipsi intrusi ex adulterinis eorum titulis aliquem frumentum reportent, nec illis, quibus de beneficiis prædictis per Nos aut dictam Sedem seu ejus autoritate provisum fitit, & in futurum providebitur, per aliquus temporis fluxum, seu aliquam patientiam, vel tolerantiam præjudicium fiat, aut factum censeatur, ex pastoralis officij debito providere volentes, ac CONCORDATIS prædictis firmiter inhærentes, Motu proprio, & ex Nostra matura deliberatione, ac certa scientia, autoritate Apostolica, de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium declaramus prætentias collationes, & alias dispositiones de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis cum cura & sine cura, Nobis & dictæ Sedi, ut præfertur retentatis, per Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, ac sacerdotes principes & Dominos quoscunque dictæ Nationis seu ad eorum præsentationem, vel nominationem, etiam per Ordinarios ipsorum beneficiorum collatores à tempore dictæ direptionis citra contra tenorem, & formam dictorum Concordatorum quomodolibet factas, & in posterum facientes, personis quibus aut in quarum favorem factæ sunt, aut in posterum fient, nisi sint per Nos, aut Nostra, vel dictæ Sedis autoritate approbatæ, nullum titulum, vel colorem ipsa

be-

beneficia possidendi tribuisse, aut in futurum tribuere, sed, & illos pro maiori fidei possessoribus, & merè intrusis ab omnibus habeti, & censeri, ac frumentus per eos ex beneficiis hujusmodi perceptos, & percipiendos, nullo unquam tempore suos facere, sed ad illorum restitutionem in utroque foro efficaciter obligatos esse, & ad illorum restitutionem, ad eorum, quorum interest, seu etiam fisci nostri instantiam, omnibus viis Juris, & remediiis compelli posse, & debere, & eos nullo unquam tempore beneficio Regularum de annali, & triennali pacifico possesso gaudere potuisse aut posse.

*Provisi
autem à S.
Sede Apo-
stolica, in-
tra reno-
rem Con-
cordato-
rum intra
quæcunque
reservat e-
tiam agen-
di quando-
cunque
contra in-
trusos,*

§. 3. Illis verò, quibus eadem beneficia per Nos, aut auctoritate Nostrâ, vel dictâ Sedis, tenore & forma Concordatorum hujusmodi servatis, collata seu commendata sunt, aut in futurum conferentur, vel commendabuntur, nec non Ecclesiis, & locis ecclesiasticis ac collegiis, quibus perpetuo, vel ad tempus eadem autoritate unita sunt, aut in posterum unientur, ac omnibus illis, qui in executione litterarum Apostolicarum eis concessarum per constitutiones, seu mandata Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, Principum, vel Dominorum prædictorum, haec tenus quomodolibet impediti tuerunt, aut in posterum impedientur, dictas Regulas, & quemcunq; temporis fluxum seu patientiam, vel tolerantiam minimè obstare debere, quo minus contra dictos intrusos, & intrudendos quoevere tempore judicialiter experiri valent.

*Decretum
irritans;*

§. 4. Decernentes sic per quoscunq;

Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, & Palatii Apostolici causarum Auditores sententiari, interpretari, & judicari debete, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter sententiandi, interpretandi, & judicandi facultate, & potestate, ac irritum, & inane, si secùs super iis ab eis, vel quibusvis aliis quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est haec tenus, aut in posterum contigerit attentari.

Clausula

§. 5. Non obstantibus regulis, & aliis præmissis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præmissa ad omnium notitiam, deducantur, volumus, & mandamus præentes in Cancellaria Apostolica more solito publicati, & in quinterno ejusdem Cancellariæ describi.

Fides dan-

§. 6. Præterea quia difficile foret *da trans-* præsentes literas ad singula loca, in *sumptu-* quibus de eis forsitan fides facienda foret, deferre, eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis, manu alicujus Notarii publici inde rogati subscriptis, & si gillo alicujus personæ ecclesiastice in dignitate constituta munitis, ea profus in judicio, & extra, & alias ubilibet fides indubitate adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam Nostræ declarationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumple-

*Sanctio pa-
nalis.*

rit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus le noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, trigesimo quarto: Cal. Julii, Pontificatus Nostri Anno undecimo.

Blosius.

*Leibba & publicat a fuis in Canc. Apost.
die 13. Iulii M. D. XXXIIII.*

*Et ego Laërtiu vidi regist. in quinter.
eiusdem Cancel. fol. 330.*

Declaratio Constitutionis
**GREGORII XIII. SUPER
CONCORDATIS GERMANIAE.**

QVOD ORDINARIIS COLLA-
tores prætextu literarum Nicolai Papæ
V. pro CONCORDIA Germania, confer-
re non possunt beneficia ecclesiastica post
tres menses, ex quo vacarunt, si de illis in-
tra hoc tempus à Sede Apostolica pro-
visorium est.

GREGORIVS Episcopus servus ser-
vorum Dei ad futuram rei
memoriam.

Nicol. V.
statuit Or-
dinarios
posse dispo-
nere de be-
neficiis va-
cantiibus in
cord. Nicolai Papæ V. Nationi Ger-
manis. Se-
rvari nō
concedatur, ut quoties aliquo vacan-
si fuerit à te beneficio Ecclesiastico, in mensi-
dicta Sede bus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Se-
provisum, ptembrū & Novembris, in quibus vacan-
ut supra in tium Germaniarum beneficiorum Eccle-
sius const.

QVÆ in Ecclesiam Dei incommo-
da inferunt Nostra Nos expedit
animadversione removere.
§. 1. Cùm itaque per literas fel. re-
cantibus in cord. Nicolai Papæ V. Nationi Ger-
manis pro illius unione, & concor-
di Apost. re-
dia cum Sede Apostolica inter alia
concedatur, ut quoties aliquo vacan-
si fuerit à te beneficio Ecclesiastico, in mensi-
dicta Sede bus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Se-
provisum, ptembrū & Novembris, in quibus vacan-
ut supra in tium Germaniarum beneficiorum Eccle-
sius const.

fasticorum dispositio dictæ Sedi spe-
cialiter reservata est, non apparuerit
intratres menses à die notæ vacatio-
nis, in loco beneficij, quod alicui de
illo Apostolica auctoritate provisum
fuerit, ex tunc, & non anteā Ordina-
narius, vel alias, ad quem illius dis-
positio pertinet, de illo disponere possit,
& sæpenumero contingat, ut ante-
quam inquisitio, quam plerumque
etiam in concursu plurium, sive in
partibus, sive apud dictam Sedem fi-
eri oportet in vitam, mores, & do-
ctrinam eorum, quibus de dictis be-
neficiis per Sedem eandem provi-
dendum est, compleri possit, aut ante-
quam de ipsis provisionibus, seu de
mandatis, quæ ad inquisitiones, & pro-
visiones hujusmodi faciendas ab ea-
dem Sede impetrantur, vel Motu pro-
prio procedunt literæ Apostolicæ con-
fiantur, veletiam antequam manda-
ta ipsa à judicibus, ad quos directa
sunt, recipientur, vel recepta expedi-
antur, interdum quoque literis Apo-
stolicis expeditis, & gratia purificata,
seu mandatis prædictis receptis, & in-
quisitione completâ, antequam om-
nimoda executio perficiatur, propter
diversa impedimenta, quæ frequen-
ter succedunt, tempus trium mensi-
um, ex quo vacatio beneficij in loco
ipsius nota est, expiret, ac proinde
Ordinarii locorum, aut alii, ad quos
talium beneficiorum dispositio, cel-
lantibus Apostolicis reservationibus,
pertinet, lapsu tempore prædicto, li-
cet priusquam illud laberetur, provi-
sionis sive alterius dispositionis de il-
lis à dicta Sede jam gratia facta fuer-
it (quod ipsum ad tribuendum, &
quæ-